



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LXXXIII. De subiecto originalis peccati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

QVAESTO. LXXXIII.

Super quest. 83. articulum primum.

De subiecto originalis peccati, in quatuor articulos diuisa.

DE INDE considerandum est de subiecto originalis peccati.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum subiectum originalis peccati per prius sit caro, uel anima.

¶ Secundo, Vtrum si anima, per essentiam, aut per potentias suas.

¶ Tertio, Vtrum uoluntas per prius sit subiectum peccati originalis, quam alia potentia animae.

¶ Quarto, Vtrum aliquae potentiae animae sint specialiter infectae, sicut generatiua, uis concupiscibilis, & sensus tactus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum originale peccatum sit magis in carne, quam in anima.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod peccatum originale magis sit in carne quam in anima. Repugnancia enim carnis ad mentem ex corruptione originalis peccati procedit; sed radix huius repugnanciae in carne consistit. dicit enim Apostolus ad Ro. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae. ergo originale peccatum in carne principaliter consistit.

¶ 2. Praet. Vnumquodque potius est in causa, quam in effectu, sicut calor magis est in igne calefaciente quam in aqua calefacta; sed anima inficitur infectione originalis peccati per semem carnale; ergo peccatum originale magis est in carne, quam in anima.

¶ 3. Praet. Peccatum originale ex primo parente contrahimus, prout in eo fuimus secundum rationem feminalem; sic autem non fuit ibi anima, sed sola caro; ergo originale peccatum non est in anima, sed in carne.

¶ 4. Praet. Anima rationalis creata a Deo, corpori infunditur; si igitur anima per peccatum originale inficeretur, consequens esset, quod sua creatione, uel infusione inquinaretur, & sic Deus esset causa peccati, qui est actor creationis, & infusionis.

¶ 5. Praet. Nullus sapiens liquorem pretiosum uasi infecto infunderet, ex quo sciret ipsum liquorem inficere; sed anima rationalis est pretiosior omni liquore. si ergo anima ex corporis uisione infici posset infectione originalis culpae, Deus qui ipsa sapientia est, nunquam animam tali corpori infunderet, infundit autem non ergo inquinatur ex carne. sic igitur peccatum originale non est in anima, sed in carne.

SED CONTRA est, quod idem est subiectum uirtutis, & uitii siue peccati, quod contrariatur uirtuti: sed caro non potest esse subiectum uirtutis. dicit enim Apostolus ad Roma. septimo. Scio quod non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. ergo caro non potest esse subiectum originalis peccati, sed solum anima.

RESPON. Dicendum, quod aliquid potest esse in aliquo dupliciter. Vno modo sicut in causa uel principali, uel instrumentali: alio modo sicut in subiecto.

IN articulo q. 83. ad 1. aduerte, qd peccatum originale in Adam fuit & actuale, & originale formaliter: nam Adam peccauit actuali auersione uoluntatis a Deo, & priuata est natura sua in ipso dono iustitiae originalis debita sibi cum in ordinatione uirum &c. unde minus correpte loqui uideatur, qd peccatum originale ab Adam negat, eo qd in eo non fuerit per originem. Modus. n. quo fit peccatum originale, non est de essentia, sicut nec ipsi fieri: quia non consistit in fieri, sicut peccatum actuale, sed in esse, sicut habitus. Dicendum ergo est, qd in Adam fuit peccatum modo inductum & prius: quia per actum proprium, & in actu proprio.

18. q. 2. ar. 1. ad 3. & dist. 30. q. 1. ar. 2. ad 4. & dist. 31. q. 1. ar. 1. ad 2. & 4. & q. 2. ar. 1. per totum. Et ueri. q. 25. ar. 6. co. & q. 27. ar. 6. ad 2. & m. q. 2. ar. 3. & 4. & Ro. 5. 12. 3.

le concupiscentia inordinata, ut ad dictum est: sed non omnes aequaliter sunt prae ad concupiscentiam: ergo peccatum originale non est equaliter in omnibus.

¶ 2. Praet. Peccatum originale est quaedam inordinata dispositio animae, sicut egritudo est quaedam inordinata dispositio corporis: sed egritudo recipit magis & minus. ergo peccatum originale recipit magis & minus.

¶ 3. Praet. Aug. dicit in li. de nu. & concupiscentia, quod libido transmittit originale peccatum in prolem: sed contingit esse maiorem libidinem unius in actu generationis, quam alterius; ergo peccatum originale potest esse maius in uno, quam in alio.

SED CONTRA est, quia peccatum originale est peccatum naturae, ut dictum est: sed natura aequaliter est in omnibus; ergo & peccatum originale.

RESPON. Dicendum, quod in originali peccato sunt duo, quorum unum est defectus originalis iustitiae, aliud autem est relatio huius defectus ad peccatum primi parentis, a quo per uitiatam originem deducitur. Quantum autem ad primum, peccatum originale non recipit magis & minus, quia totum donum originalis iustitiae est sublatum, priuationes autem totaliter aliquid priuantes, ut mors & tenebrae, non recipiunt magis & minus, sicut supra dictum est. Similiter etiam nec quantum ad secundum: equaliter enim omnes relationem habent ad primum principium uitiae originis, ex quo peccatum originale recipitur: relationes enim non recipiunt magis & minus. Unde manifestum est, quod peccatum originale non potest esse magis in uno, quam in alio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod soluto uinculo originalis iustitiae, sub quo quodam ordine omnes uires animae continebantur, unaquaeque uis animae tendit in suum proprium motum, & tanto uehementius, quanto fuerit fortior. Contingit autem uires aliquas anime esse fortiores in uno, quam in alio, propter diuersas corporis complexiones. Quod ergo unus homo sit praeior ad concupiscendum quam aliter, non est ratio peccati originalis, cum in omnibus aequaliter soluatur uinculum originalis iustitiae, & aequaliter in omnibus partes inferiores animae sibi relinquuntur: sed accidit hoc ex diuersa dispositione potentiarum, sicut dictum est.

AD SECUNDUM Dicendum, quod egritudo corporalis non habet in omnibus aequalem causam, etiam si sit eiusdem speciei, puta, si sit febris ex cholera putrefacta, potest esse maior, uel minor putrefactio, & propinquior, uel remotior a principio uitae: sed causa originalis peccati in omnibus est equalis, unde non est simile.

AD TERTIUM dicendum, quod libido, quae transmittit peccatum originale in prolem, non est libido actualis, quia dato quod uirtute diuina concederetur, quod nullam inordinatam libidinem in actu generationis sentiret, adhuc transmitteret in prolem originale peccatum: sed libido illa est intelligenda habitualiter, secundum quod appetitus sensitivus non continetur sub ratione soluto uinculo originalis iustitiae, & talis libido in omnibus est equalis.

peccato. Communia sunt inordinationes uoluntatis anime, quonia haec ut infra patet, ex natura aliquo modo sunt, sicut mors & infirmitas corporalis. Propria uero sunt priuatio doni iustitiae originalis, & ratio culpae, propter quod ut ex propriis peccatis originalis ostendetur ipsum non inesse in aequaliter, propter quod dicitur in auctoritate in littera, in qua ostendit intentum, & communia referuntur. sicut rationibus, argumentum in quibus objectiones soluantur.

SED CONTRA est, quia peccatum originale est peccatum naturae, ut dictum est: sed natura aequaliter est in omnibus; ergo & peccatum originale.

RESPON. Dicendum, quod in originali peccato sunt duo, quorum unum est defectus originalis iustitiae, aliud autem est relatio huius defectus ad peccatum primi parentis, a quo per uitiatam originem deducitur. Quantum autem ad primum, peccatum originale non recipit magis & minus, quia totum donum originalis iustitiae est sublatum, priuationes autem totaliter aliquid priuantes, ut mors & tenebrae, non recipiunt magis & minus, sicut supra dictum est. Similiter etiam nec quantum ad secundum: equaliter enim omnes relationem habent ad primum principium uitiae originis, ex quo peccatum originale recipitur: relationes enim non recipiunt magis & minus. Unde manifestum est, quod peccatum originale non potest esse magis in uno, quam in alio.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod soluto uinculo originalis iustitiae, sub quo quodam ordine omnes uires animae continebantur, unaquaeque uis animae tendit in suum proprium motum, & tanto uehementius, quanto fuerit fortior. Contingit autem uires aliquas anime esse fortiores in uno, quam in alio, propter diuersas corporis complexiones. Quod ergo unus homo sit praeior ad concupiscendum quam aliter, non est ratio peccati originalis, cum in omnibus aequaliter soluatur uinculum originalis iustitiae, & aequaliter in omnibus partes inferiores animae sibi relinquuntur: sed accidit hoc ex diuersa dispositione potentiarum, sicut dictum est.

AD SECUNDUM Dicendum, quod egritudo corporalis non habet in omnibus aequalem causam, etiam si sit eiusdem speciei, puta, si sit febris ex cholera putrefacta, potest esse maior, uel minor putrefactio, & propinquior, uel remotior a principio uitae: sed causa originalis peccati in omnibus est equalis, unde non est simile.

AD TERTIUM dicendum, quod libido, quae transmittit peccatum originale in prolem, non est libido actualis, quia dato quod uirtute diuina concederetur, quod nullam inordinatam libidinem in actu generationis sentiret, adhuc transmitteret in prolem originale peccatum: sed libido illa est intelligenda habitualiter, secundum quod appetitus sensitivus non continetur sub ratione soluto uinculo originalis iustitiae, & talis libido in omnibus est equalis.

iecto. Peccatum ergo originale omnium hominum fuit quidem in ipso Adam, sicut in prima causa principali, secundum illud Apost. Roma: 5. In quo omnes peccauerunt. In femine autem corporali est peccatum originale sicut in causa instrumentali, eo quod per uirtutem actiuam feminis traducitur peccatum originale in prolem simul cum natura humana: sed sicut in subiecto, peccatum originale nullo modo potest esse in carne, sed solum in anima. Cuius ratio est, quia sicut supra dictum est, Hoc modo ex uoluntate primi parentis peccatum originale traducitur in posterum per quandam generatiuum motionem, sicut a uoluntate alicuius hominis deriuatur peccatum actuale ad alias partes eius. In qua quidem deriuatione potest autēdi, quod quicquid prouenit ex motione uoluntatis peccati ad quamcūque partem hominis, quae quocumque modo potest esse particeps peccati, uel per modum subiecti, uel per modum instrumenti, habet rationem culpae; sicut ex uoluntate gula prouenit concupiscentia cibi ad concupiscibilem, & sumptio cibi ad manus, & os, quae in quantum mouetur a uoluntate ad peccandum, sunt instrumenta peccati. Quod uero ulterius deriuatur ad uim nutritiuam, & ad interiora membra, quae non sunt nata moueri a uoluntate, non habet rationem culpae. Sic igitur cum anima possit esse subiectum culpae, caro autē de se non habet quod sit subiectum culpae, quicquid peruenit de corruptione primi peccati ad aiam, hēt rationem culpae, quod aut peruenit ad carnem, nō habet rationem culpae, sed poenae. sic igitur anima est subiectum peccati originalis, non autem caro.

q. 82. ar. 2.

in libro de...
cit in lib. Retract. Apost. loquitur ibi de nomine iam redēpto, qui liberatus est a culpa, sed subiacet pene, rōne cuius peccatū dī habitare in carne: unde ex hoc nō sequitur quod caro sit subiectū culpae, sed solū pene.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Aug. dicit in lib. Retract. Apost. loquitur ibi de nomine iam redēpto, qui liberatus est a culpa, sed subiacet pene, rōne cuius peccatū dī habitare in carne: unde ex hoc nō sequitur quod caro sit subiectū culpae, sed solū pene.

AD SECUNDVM dicendum, quod peccatum originale causatur ex femine, sicut ex causa instrumentali: non autem oportet, quod aliquid sit principaliter in causa instrumentali quā in effectu, sed solū in causa principali. & hoc modo peccatum originale potiori modo fuit in Adam, in quo fuit secundū rationem actualis peccati.

AD TERTIVM dicendum, quod anima huius hominis non fuit secundum feminalem rationem in Adam peccāte, sicut in principio effectiui, sed sicut in principio dispositiui, eo quod semē corporale, quod ex Adam traducitur, sua uirtute non efficit animā rationalem, sed eam disponit.

AD QVARTVM dicendum, quod infectio originalis peccati nullo modo causatur a Deo, sed ex solo peccato primi parentis per carnalem generationem. & ideo cum creatio importet respectum anime ad solum Deum, non potest dici quod anima ex sua creatione iniquetur. Sed infusio importat respectum & ad Deū infundentem, & ad carnem, cui infunditur anima & ideo habito respectu ad Deum infundentem, nō potest dici quod anima per infusionem maculetur, sed solum habito respectu ad corpus, cui infunditur.

AD QVINTVM dicendum, quod bonum cōe praesertim bono singulari. Vñ Deus sūm suam sapientiam non praetermittit uniuersalem ordinem rerum, qui est ut tali corpori talis anima infundatur, ut uitetur singularis infectio huius animae, praesertim cum natura animae hoc habeat, ut esse non incipiat nisi in corpore, ut in primo habitum est. * Melius est autem ei sic esse secundum naturam, quā nullo modo esse: praesertim cum possit per gratiam damnationem euadere.

p. p. q. 118.
art. 3.

¶ *Utrum peccatum originale sit per prius in essentia anime, quam in potentijs.*

AD SECVDVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum originale non sit per prius in essentia anime, quā in potentijs. Anima enim nata est esse subiectum peccati quātum ad id quod potest a uoluntate moueri; sed anima non mouetur a uoluntate secundum suam essentia; sed solum secundum potentias. ergo peccatum originale non est in anima secundum suam essentiam, sed solum secundum potentias.

¶ 2 Præ. Peccatum originale opponitur originali iustitiae: sed originalis iustitia erat in aliqua potentia anime, quae est subiectum uirtutis. ergo & peccatum originale est magis in potentia anime, quā in eius essentia.

¶ 3 Præ. Sicut a carne peccatum originale deriuatur ad animam, ita ab essentia anime deriuatur ad potentias: sed peccatum originale magis est in anima, quā in carne. ergo etiam magis est in potentijs anime, quā in eius essentia.

¶ 4 Præ. Peccatum originale dicitur esse concupiscentia, ut dictū est: sed concupiscentia est in potentijs anime. ergo & peccatum originale.

SED CONTRA est, quod peccatum originale dicitur esse peccatum naturale, ut supra dictum est: anima autem est forma, & natura corporis secundum essentiam suam, & non secundum potētias, ut in primo habitum est. * ergo anima est subiectum originalis peccati principaliter secundum suam essentiam.

RESPON. Dicendum, quod illud aīe est principaliter subiectū alicuius peccati, ad quod primo pertinet eā motiua illius peccati, sicut si causa motiua ad peccandum sit delectatio sensus, quod pertinet ad uim concupiscibilem, sicut obiectum propriū eius, sequitur quod uis concupiscibilis sit proprium subiectum illius peccati. Manifestum est autem, quod peccatū originale catur per originem, unde illud anime, quod primo attingitur ab origine hominis est primum subiectum originalis peccati. Attingit autem origo animam ut terminum generationis, sūm quod est forma corporis, quod quē conuenit ei sūm essentiam primam, ut in primo habitum est. * unde anima sūm essentiam est primum subiectū originalis peccati.

¶ Super...
conclusionem...

¶ Articulo...
quod dicitur...
conclusionem...

¶ 2 Præ...
peccatum originale...
magis est in...

¶ 3 Præ...
Sicut a carne...
peccatum originale...

¶ 4 Præ...
Peccatum originale...
dicitur esse...

SED CONTRA...
est, quod peccatum...
originale dicitur...

RESPON...
Dicendum, quod...
illud anime est...

¶ Ad primum...
negatur, quod...
anima, ut...

De subiectum culpa immediati mediantia potentia: quod posita est subiectum quo, & anima subiectum quod, circa illud tertii de anima. De parte autem animae qua intelligit, & sapit anima: & si anima esset absque media potentia principium culpae actualis immediate esset capax culpae actualis. Nota ergo ratio quare essentia animae non est subiectum actualis culpae, est, quia mediante potentia illam habet, & non incapacitas eius respectu culpae. Si igitur est aliqua culpa, ad quam non requiritur mediatio potentiae per seipsam, subiectum illius esse potest: & quia culpa originalis est huiusmodi, quoniam per originem, & non per actum proprium habetur, relinquatur, quod culpa originalis, anima secundum essentiam capax sit, ut in litera monstratur.

Ad secundum dicitur, quod uoluntas non est causa principalis originalis infirmitatis, aut peccati simpliciter, sed inter partes animae, ut patet ex ratione in litera redita in allegato articulo quia scilicet, ipsa uoluntas est motus omnium animae partium in finem. Obiectio autem procedit, ac si uoluntas esset prima causa simpliciter in anima. Priuationo quoque originalis infirmitatis, per quam uoluntas subdebat Deo, quae est formale in peccato originali, non sumitur pro priuationo infirmitatis originalis in uoluntate practica, sed pro priuationo infirmitatis originalis in ipsa uoluntate, & procedentibus naturaliter eam. Dicitio namque exclusiua non excludit a concomitantibus, & praesuppositis, ut patet. unde, & author non dicit, quod priuationo infirmitatis originalis in uoluntate, sed per quam uoluntas subdebat Deo. Haec enim claudit in se

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut motio uoluntatis alicuius proprie peruenit ad potentias animae, non autem ad animae essentiam: ita motio uoluntatis primi generantis per uiam generationis, peruenit primo ad animae essentiam, ut dictum est.*

AD SECUNDVM dicendum, quod etiam originalis infirmitas pertinebat primordialiter ad essentiam animae. Erat enim donum diuinitus datum humanae naturae, quam per prius respicit essentia animae, quam potentia. Potentia enim magis uidentur pertinere ad personam, in quantum sunt principia personalium actuum; unde sunt propria subiecta peccatorum actualium, quae sunt peccata personalia.

AD TERTIVM dicendum, quod corpus comparatur ad animam sicut materia ad formam, quae etsi sit posterior ordine generationis, est tamen prior ordine perfectionis, & naturae: essentia autem animae comparatur ad potentias sicut subiecta ad accidentia propria, quae sunt posteriora subiecto & ordine generationis, & etiam perfectionis: unde non est similis ratio.

AD QVARTVM dicendum, quod concupiscentia se habet materialiter, & ex consequenti in peccato originali, ut supra dictum est.*

ARTICVLVS III.

Utrum peccatum originale per prius inficiat uoluntatem, quam alias potentias.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod peccatum originale non per prius inficiat uoluntatem, quam alias potentias.

Omne enim peccatum principaliter pertinet ad potentiam, per cuius actum causatur; sed peccatum originale causatur per actum generatiuae potentiae, ergo inter ceteras potentias animae uidetur magis pertinere ad generatiuam potentiam.

¶ 2 Praet. Peccatum originale per semen carnale traducitur: sed aliae uires animae propinquiores sunt carni, quam uoluntas, sicut patet de omnibus sensitiuis, quae utuntur organo corporali, ergo in eis magis est peccatum originale, quam in uoluntate.

¶ 3 Praet. Intellectus est prior uoluntate non enim est uoluntas nisi de bono intellecto: si ergo peccatum originale inficit omnes potentias animae, uidetur quod per prius inficiat intellectum tanquam priorem.

SED CONTRA est, quod iustitia originalis per prius respicit uoluntatem. est enim restitudo uoluntatis, ut Ansel. dicit in lib. * de conceptu uirginali, ergo peccatum originale, quod ei opponitur, per prius respicit uoluntatem.

RESPON. Dicendum, quod in infectione peccati originalis, duo est considerare. Primo quidem inhaerentiam eius ad subiectum: & secundum hoc primo respicit essentiam animae, ut dictum est. * Deinde oportet considerare incinationem eius ad actum: & hoc modo respicit potentias animae. Oportet ergo quod illam per prius respiciat, quae primam inclinationem habet ad peccandum: haec autem est uoluntas, ut ex supradictis patet; * unde peccatum originale per prius respicit uoluntatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod peccatum originale non causatur in homine per potentiam generatiuam prolis, sed per actum potentiae generatiuae parentis. unde non oportet, quod sua potentia generatiua sit primum subiectum originalis peccati.

AD SECUNDVM dicendum, quod peccatum originale habet duplicem processum, unum quidem a carne ad animam, alium uero ab essentia animae ad potentias. Primus quidem processus est secundum ordinem generationis: secundus autem secundum ordinem perfectionis. Et ideo quauis aliae potentiae, scilicet sensitiuae, propinquiores sint carni, quia tamen uoluntas est propinquior essentiae animae tanquam superior potentia, primo peruenit ad ipsam infectio originalis peccati.

AD TERTIVM dicendum, quod intellectus quodammodo praecedit uoluntatem, in quantum proponit ei suum obiectum: alio uero modo uoluntas praecedit intellectum secundum ordinem motionis ad actum, quae quidem motio praecedit ad peccatum.

ARTICVLVS III.

Utrum praefata potentia sint magis infectae quam aliae.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod praedictae potentiae non sint magis infectae, quam aliae. Infectio enim originalis peccati magis uidetur pertinere ad illam animae partem, quae prius potest esse subiectum peccati: haec autem est rationalis pars, & praecipue uoluntas, ergo ipsa est magis infecta per peccatum originale.

¶ 2 Praet. Nulla uis animae inficitur per culpam, nisi in quantum potest obedire rationi: generatiua autem non potest obedire, ut dicitur in 1. Eth. * ergo generatiua non est maxime infecta per originale peccatum.

¶ 3 Praet.

primordiale in infirmitate in essentia uoluntatis, & haec est formale in peccato originali. Unde dicitur quod anima est charitas in anima in ordine ad meritum, uel demeritum pro eodem computantur, & cum hoc, quod gratia est causa charitatis secundum se, ita quod uoluntas, in qua est charitas, est contractiua, & destructiua gratiae ex parte nostrae, quia ipsa est prima pars animae. Ita in proposito, infirmitas originalis in anima, pro quanto ex ea manat uoluntatis subiectio, non ponit in numerum cum eius in uoluntate effectu; & cum hoc, quod illa est huiusmodi causa secundum se, uoluntas dicitur causa, quia ab ipsa ex parte nostrae dependet conseruari, & desinere infirmitate totius; & simile est de priuatione opposita. Et per haec patet solutio obiectorum. Voluntas non est simpliciter, sed ex parte nostrae: sed inter partes animae, posita est causa infirmitatis & peccati originalis. Essentia autem ponitur causa simpliciter ex parte reiectae secundum se. Et licet uoluntas sit in supremo animae praecipuum inter partes animae in mouendo ad actum, si tamen in ipso supremo uoluntas ad essentiam comparatur, inferior inuenitur.

¶ De tertio & quarto articulis eiusdem questionis, nihil nunc necessario scribendum occurrat.

Art. praeced.

¶ 74. ar. 1. &

¶ 74. ar. 1. &

2. di. 4. q. 2. ar. 5. ad 5. & dist. 21. q. 1. ar. 2. & 4. di. 31. q. 1. ar. 1. ad 1. & ueri. q. 15. ar. 6. co. & ma. q. 4. a. 2. ad 1. & ar. 11. 5. ad 1. li. 1. c. ult.

